

QK. 158. (4)

X 1976995  
MICHAELIS KLOBII,  
WITTEBERGENSIS,

V  
2658

# ORATIO:

*Quod Serenissimus & Potentissimus Princeps ac Dominus,*

D O M I N U S

# JOHANNES GE- ORGIUS,


## Dux & Elector Saxoniae &c. Do-

minus suus Clementissimus, propter jus territoriale  
& jus Episcopale sibi competentia, nummos pœnitentiales  
abolere & pro necessitate Reipublicæ & secularium  
paupertate ad commune ærarium in Rei-  
publicæ bonum impendendos  
trahere possit.

*Pro retinendis privilegiis Academicis,*  
*In illustri Academiâ Wittebergensi*  
*publicè recitata.*



in favor Dn. D. Götz  
Bibliothecarii Sen.  
Lijfien his hoc pos-  
ticio.



Excudebat Johanne Haken 1653

TOOK THEIR HIRE

1869  
1870





Em Durchläuch-  
tigsten / Hochgebohr-  
nen Fürsten und Herrn /  
Herrn Johann Georgen /  
Herzogen zu Sachsen / Gülich / Ele-  
ve und Berg / des Heiligen Römi-  
schen Reichs Erzmarschalln unnd  
Churfürstē / Landgraffen in Dürin-  
gen / Marggrafen zu Meissen / auch  
Ober und Nieder Lausniz / Burg-  
graffen zu Magdeburg / Graffen zu  
der Marg und Ravensburg / Herrn

(:)

zum

zum Ravenstein ic. Meinen gna-  
digsten Churfürsten und Herrn sind  
meine unterthänigst gehorsamste  
Dienste höchstes und bestes fleißes  
jederzeit voran schuldigst und bereit  
test:

Wie einem Fürsten wohl ahnste-  
het / daß er keinen von seinen unter-  
thanen in betrübniß von sich lasse /  
Also sol auch hingegē kein untertha-  
ner vor seiner hohen Obrigkeit mit  
lebren Händen nicht erscheinen: Der  
Allmächtige Gott hat Eure Chur-  
fürstliche Durchläuchtigkeit bis in  
dero hohes Alter mit guter gesund-  
heit

heit gnädiglich begabet / und auch  
darzu überflüssig geschencket / was  
zu dero Churfürstlichen wolergehen  
und hoheit von nöthen seyn mag:  
Darumb/ wenn meinem gnädigste  
Herrn ich etwas anders / als was  
von meiner Hand gemacht/ mit un-  
terthänigster Reverenz überreichte/  
so möchte es vor einer schmeichelen  
viel mehr / als vor einem Zeugnüss  
meines schuldigsten gehorsams/an-  
gesehen werden. Dero wegen bring  
ich diese wenig Bogen und lege  
dieselbige mit gebührender Reverenz  
zu Ewrer Churfürstlichen Durch-  
lauch

lauchtigkeit füßen nieder: Weil nun  
in denenselben anders nichts zu be-  
finden/ als das Ewre Churfürstliche  
Durchlauchtigkeit aus Landesfürst-  
licher Macht und Gewald / welche  
dieselbe/ so wohl in Geistlichen/ als  
in Weltlichen sachen von langen jah-  
ren her erlanget / besizet und ge-  
braucht / die von denen Wiedersa-  
chern uns Lutheranern zum höch-  
sten Schimpff öfters auffgerückte  
Beichtpfennige abschaffen unnd in  
die gemeine Casse ziehen können  
und mögen. So leb ich der un-  
gezweifelten hoffnung/ das Ewre  
Chur-

Churfürstliche Durchläuchtigkeit  
die von mir unterthänigst präsentirte  
Bogen / in welcher dero Macht  
und Recht begriffen mit jhren hoch-  
erlauteten Augen gnädigst anse-  
hen und zulassen werden/ daß sie da-  
hin sich wiederumb wenden / wo sie  
herkommen / Nehmlich zu Ewre  
Churfürstlichen Durchläuchtig-  
keit / welche das überall helleuch-  
tende mittelpunct ist: Nechst em-  
pfehlung Gottes des Allerhöchsten  
Schutzes / Ewre Churfürstliche  
Durchleuchtigkeit/ sambt dero ho-  
hen Ahngehörigen / verbleibe ich  
*Adolphus Langsdorff*  
und



und bin Durchläuchtigster Hoch-  
gebührner Churfürst gnädigster  
Herr /

Ewiger Churfürstlichen  
Durchläuchtigkeit

unterthänigst  
vnd  
gehorsamster  
Diener

Michael Kloß.

Favor, quem mihi undiquaq; exhibuistis, Re-  
Elector magnifice, patresq; conscripti, Præcepto-  
mires atq; Patroni summè colendi : Favor, in-  
quam, vester, erga metantus est, ut non sufficiat,  
mentis gratitudinem atq; officiorum promtlu-  
dinem verbis contestari solum, nisi reales præsta-  
tiones insuper accesserint : Ex eo enim, quo vo-  
bis placuit, Serenissimo Saxoniæ Electori, domino  
Johanni Georgio, domino meo clementissimo,  
me benevolè atq; benigne rcommendare, mul-  
ta in me redundarunt commoda. Quibus ac-  
cedit, quod cathedram mihi aperuistis atq; con-  
cessistis, ad auditorium frequentissimum verba  
facere, in præsentiarum : Quapropter, donec in  
effectu solvere possim, quod vobis omnibus &  
singulis debeo, contenti quæsò sitis, præsentia hac  
grati animi contestatione, quam ante triennium  
fecisse, quo mens erat pro Republicâ Anglicâ  
ad Germaniæ Principes perorare, cum jure natu-  
rali licitum sit, patrem etiam naturale quandoq;  
interficere : Attuleram rationes ex Hispanorum  
& Rikelij actionibus : ex Atheniensium facto,  
qui Miltiadem maluerunt innoxium plecti,  
quam se diutius esse in timore : Ex articulo de

A

prædesti-

prædestinatione: Quod Rex secundū religionem  
 mortuus sit, & ex aliis locis passim: Verum, cum  
 tunc temporis quædam hanc levia incidentia  
 pedimenta, differendū fuit: Nunc, cum variis scrip-  
 ptorum & oratorum laboribus res Anglicæ tritæ  
 satis atq; vulgares factæ sint, quam pro Republica  
 Anglicâ orationem conscripsi & quæ propter  
 novitatem res, & thematis tunc temporis auditordi-  
 rum animos magis movisset, orationem, in quam  
 illam pro Republica Anglicâ, cum alio novo ita  
 deinde temate, quod ordinum convenientius, nupcier  
 Dresden habitus, suppeditat, putavi committan-  
 dam: Nec verò me quis accusabit, quasi temes  
 re ad hoc negotiorum accesserim: Nativitas enim  
 & educatio & beneficia & necessitas postulant  
 princeps quoq; jubet, quomodo unq; quisq; po-  
 test, consulere in medium: Fateor equidem,  
 cum, quin negotiis publicis est versatus, melius  
 posse hâc re defungi: Verum, cum nemini sit pros-  
 hibitum, ingenij gratiâ se exercere, atq; Ego necesse  
 schabeam, pro conservandis Academiæ privilegiis  
 is specimen edere publicum, hanc differendi mas-  
 teriam præcærteris selegi: Cum & religionem Lu-  
 theranam concernat, statum quoq; Reipublicæ

Cangat,

3

tangat, & ad jus publicum pertineat: Studio  
namq; juris continuare, mihi injunxit Electora-  
lis Serenitas: Recipublicæ verò me devinciunt in-  
genium & beneficia: Quid autem circa religio-  
nem Lutheranam sentiam, pietas exquirit: Hinc  
summâ fiduciâ spero, coram omnibus & ab omni-  
bus me fore excusatum: In imperiis enim non  
sum versatus, simplus vero & planum dicendi  
genus placuit imprimis, quia ab omnibus citò &  
benè intelligitur: Quod si animus yesterab opini-  
one diversâ jam nunc occupatus non est, de  
applausu vestro nunquam dubitabo: Neq; à vobis  
yeniam flagitabo denuò, cum eandem mihi jam  
dudum abundantter dederitis: Frons quoq; serena  
cum vultu composito nil nisi benevolentiam  
undiq; resplendecatq; favorem.

Omnes, qui in Republica vivunt, obstricti sunt  
in median consulete, cum primis autem! necessi-  
tate urgente aut imminente periculo: De consi-  
liariis nemo dubitabit: Civem autem, & bene-  
ficiarium quilibet accusabit, si Rempublicam  
commodum ejus aut damnum neglexerit, ut vel  
republicâ ejiciendus veniat, aut beneficijs privan-  
dus: Sicuti autem poenâ dignus est propter cul-

pam: Ita honoribus summis & muneribus affi-  
endus, qui pro viribus Republicæ navat operam?  
Neq; solum benevole atq; benignè tractandus,  
verum etiam strenue defendendus, contra quos  
consilia dedit: Non tamen id metuo, Rector  
Magnifice, Patresq; conscripti, Viri, Reverendi plus  
rimum, Amplissimi, Consultissimi, Ex perientiis  
simi, Excellentissimi, Clarissimi, Praeceptores &  
Patroni honoratissimi: Vosq; Comilitones  
suavissimi, qui impræsentiarum uridiquaque con-  
fluxistis, nobilissimi atq; eruditissimi, Patriæ Spes  
atq; Solatum: Non tamen, inquam, metuo, ut  
defensionem mihi sit opus, cum quæ dicturus sum,  
pro religione faciant Christianâ & quam confite-  
or, Lutheranâ: Cum ea, quæ dicturus sum, Reip-  
ublicæ, in quâ vivo & Electori Serenissimo, sub-  
quo vivo, imò omnibus inter quos vivo, maximè  
expadiant: Et quod omnium optimum est &  
ponderosissimum, cum ea, quæ dicturus sum,  
nemini plane noceant: Conclamate igitur  
Rector Magnifice, Patresq; conscripti, Conclam-  
mate comilitones dulcissimi: Conclamate in-  
quam, Orationem meam in auribus vestris ratio-  
nablem esse & per Serenissimum Saxoniæ Elec-

torem,

Agorem, dominum nostrum clementissimum, ad  
effectum posse perducere.

Uti in omnibus ordinum conventibus, ita in  
superiori Dresdæ habitu, longè lateq; fuit medita-  
tum, quā ratione constituentibus undiq; necessita-  
tibus subveniendum sit : Crescentibus expen-  
sis, majores requiri impositions: Subditorum au-  
tem paupertati esse parcendum, immo plane com-  
miserandum. Syacionibus de-  
niq; principalibus & submissis precibus ex omni-  
um voto transacta res est : Ut proportio ad  
Scokas fiat, nobiles vero pro feudis pendant :  
Quæ contributio, uti ordinaria est, & hactenus  
consuetu, ita ordinariis tantum, & de quib; jam  
dum cogitatum est, in servit expensis. Quod  
si præter opinionem incidant, funeralia, legatio-  
nes, baptismata, compatronatus, & eiusmodi  
necessitates, quæ sine gravi ære ferri non possunt,  
quā ratione pecunia conquaerenda sit, ambigitur?  
Non facio jam meum, quod nullus principium pa-  
lam debeat exponere, quod sumptus huc vel illuc  
impendere necesse sit, cum principis potentia ex  
reditibus judicetur, quam tamen latere, Principis  
& Reipublicæ commodum ex necessitate postu-

solido

blo

A 3

lat

lat: Hinc Trajanus Boccalini notam præter sup-  
plicium omnino meretur , quod in capitulo:  
*Tutti li Principi, le Repubbliche & i Stati sono giustamente consol-*  
*Stadera da Lorenzo Medici pesati: Tractus sui, de lydio la-*  
pide politico, causam dederit omnibus omnino  
inquirendi in potentiam & redditus uniuscu-  
jusq; principis, status & Reipublicæ: Verum  
dico , quod Elector Saxonie Serenissimus  
subditos suos compellere possit ad collectas ,  
sine causæ denominatione speciali, quòd & quot  
sumtus huc vel illuc requirantur: Cum Ser-  
enissimus Elector & rem propriā & rem subdi-  
torum, quibus obstrictus est, simul agat, omnini-  
busq; conducat, ut ejusmodi res celentur: Ne-  
cessitas satis est, quæ Principes semper & ubiq;  
comitatur : Elector namq; Serenissimus  
de suo non expendet, quod pro subditis suis  
erogari necesse est : Sufficit, si labores  
perferat : Quod etiam inter mercatores  
& alios, qui in societate vivunt, quam frequen-  
tissime observatur , ut unus pecuniam det,  
& alter laboret : Sumtus igitur, ut sub-  
diti conferant, necessum est : Nobiles  
pro

7

pro feudis, plebejii ad Scokas pendunt: Quapropter aliud remedium quæ rendum est, ne nimis & ulterius graventur nobiles & plebejii: Afflito namq; afflictio addenda non est, cum neq; una & eadem res duo ferat onera, nemmo quoq; ultra posse obligandus sit: Capiticensus, ut nimirum Præpositus, Decanus, Comes, Baro, singulis annis centum florenos: Nobilis, tot quinqua ginta, quot feuda habet nobilia: Si feudum nobile non habeat, viginti florenos: Superintendens, Quæstor, Consul, &c. quinquaginta florenos: Pastor & senator in oppido triginta, in pago vero viginti solvat: Etsi porro, civis & rusticus, &c. ad proportionem: In fœminas dimidium statuendo: Ejusmodi capiticensus, dico, eodeni, nempe in nobiles & plebejos recidit: Aut si quis vos, Rector Magnifice, Patresq; conscripti, aut etiam vos, Comilitones Suauissimi ad collectas traheret: Rem in auditam, iniquam, in justam prorsus & contemptibilem fore, qui

ex



ex imperatorum privilegiis à Collectis im-  
munes estis, aut, qui ratione officiorum, quæ in  
Republicâ geritis, publicorum, vexati fueritis:  
Neq; jejunare juberem & pecuniam confer-  
re: Jejunare enim jejuno durum satis est, &  
pecuniam dare insuper, pro jejuniis, durius,  
quam res ulla: Maxima autem ratio, quod  
ejusmodi impositiones vitandæ sunt, est odi-  
um & violentia: Nemo enim, nisi invitus da-  
ret: Aut nunimi per violentiam à confe-  
rentibus essent afferendi: Cuiusmodi me-  
dia, sicuti ab omnibus politicis non immerito  
rejiciuntur: Ita suadent, ut Princeps eius modi  
rationes ineat, per quas populo suo amabilis  
reditur: Quæ sunt, ut talia excogitet &  
excogitata amplectatur, quæ omnibus pro-  
sunt & nemini nocent, ut quidant, libenter  
dent, ut facile sit executione, & nummorum  
considerabilem summam conficiat: Qued  
fit: Cum Serenissimus Saxoniæ Elector, domi-  
nus noster Clementissimus à pastoribus in  
suis regionibus in ærariū commune conferri  
jubet

jubet nummos pœnitentiales : **Dilectio**  
**pſenge** : Id quod gloria Lutheranæ Religi-  
onis suadeat: Summa nummorum in Saxo-  
nia, penuria requirat: & necessitas Reipublicæ  
cum Secularium paupertate exigat : Ele-  
ctorem vero Saxoniam Serenissimum maxi-  
mè deceat, Religioni, Reipublicæ & subdi-  
tis consulere , videbitis auditores, omnium  
ordinum honoratissimi , quam justum, bo-  
num, æquum sit & utile.

Omnes , qui unquam rem aliquam no-  
vam sunt moliti , fucis suis honestos excogi-  
tavere, titulos, causas, fines, ut jure videan-  
tur facere , quod nullo jure fundatum est,  
aut sub specie boni communis, quod uni aut  
paucis profuit : Quidam Religionis liber-  
tatem prætexerunt Regioni , alij aliam,  
quidam defensionem legitimam : Impo-  
stur hisce aut dissimulationibus mihi plane  
non est opus , qui neq; Regionem neq; In-  
stitutum

B perium

perium cogito : Jus ipsum loquitur, quod  
 fundamentum est omnium legum & sen-  
 tentiarum : Serenissimo Saxoniz Electori  
 competere non tantum regimen seculare, verum  
 etiam Ecclesiasticum : Probant id res supe-  
 riori seculo gestæ, historiæ, transactio passavi-  
 ensis, pacificatio religiosa , quas omnes Osnæ  
 bruggensis confirmat : Electorem Saxoniz,  
 cum aliis in Germaniâ Principibus, qui die pri-  
 mo Januarij, Anni millesimi sexcentesimi, vige-  
 simi quarti in possessione fuerunt, in jure Eccle-  
 siastico acquisito & in possessione rerum Ec-  
 clesiasticarum inturbata quiete permanere. Quod  
 enim inter Imperatores Augustissimos & Impe-  
 rij status convenit, lex est, quicquid Pontifex  
 Romanus contra protestetur: Jus hoc Ecclesi-  
 asticum Electores Saxoniz per Senatum Ecclesi-  
 asticum exercuere , Ordinationem Ecclesiasti-  
 cam promulgauere , Synodos convocabare,  
 de rebus Ecclesiasticis & inter Personas Ecclesi-  
 asticas jus reddidere & adhuc hodieq; reddunt:  
 Ita, ut dubium plane nullum sit, propter jus  
 Episcopale, Serenissimis Saxoniz Electoribus  
acquisitum & hucusq; à Johanne Georgio, Prin-  
cipe

cipe inclyto ac bono , in his Regionibus exercitum , suminum eidem in rebus Ecclesiasticis regimen & in personas Ecclesiasticas jus esse : Accedit , quod jus territoriale cum Ecclesiastico ita conjunctum sit , ut simul vivant , morianturq ; , ut se simul ponant , tollantq ; : Hinc facile est evincere : Electorem nostrum Serenissimum propter jus territoriale & propter jus Episcopale , jus omne & plenum in omnes suos subditos , tam seculares quam Ecclesiasticos habere , ut pro lubitu & beneplacito statuere & jubere possit , non modo de personis ipsis , verum etiam de rebus earum , ne quis iis male utatur : Imprimis , si jus divinum & ius naturale , non repugnant : Si jus civile , transactiones & Recessus Imperij , permittant & Ratio status , cum necessitate , quæ suprà omnes leges est , id flagitent & exigant : Sicuti circa nummos pœnitentiales claram est , quod in ærarium commune redigi possint & debeant : Jubeat igitur Elector : Suadeant Consiliarij : Petant subditi : Solicient Ordines : Pœnitentiales nummos ad commune bonum conferri : Ita fiet , ut brevi tempore , sine ullius incommodo aut injuriâ , ad omnium utilitatem in-

B 2

gens

gens pecuniae summa præsens erit, mirâ facilitate  
 & omnium applausu: Quod enim ab omnibus  
 probatur, iustum est, licet alias justum non sit:  
 Neq; adversabitur quisquam, cujuscunq; condi-  
 tionis ille fuerit, modo me andiat cum attentio-  
 ne patienter atq; supremam illam legem, Salu-  
 tem nempe Reipublicæ, probè perpendat: Quod  
 facio, Omnes in meam declinabunt sententiam  
 atq; clamabunt : Clamabunt Omnes: Num-  
 mi pœnitentiales in ærarium commune confe-  
 rantur, neq; differatur diutius, cum res tam fa-  
 cilis sit executione : Elector enim Saxonie  
 Serenissimus per Se natum Supremum Ecclesi-  
 asticum omnibus & singulis sibi subjectis pasto-  
 ribus demandare potest, ut pro præsenti num-  
 morum penuria & imminentibus necessitati-  
 bus, nummos, quos hactenus vocarunt, die  
 Beichtpfenge: Imposterum, liberales nummos,  
 die Freywillige Pfenge/ vocandos, suis Superino-  
 cendentibus & hi deniceps in ærarium commu-  
 ne fideliter conferant, qui contra fuerit nixus  
 aut qui post publicatum decretum nummos  
 istos in rem privatam converterit, meliorem  
 sibi querat conditionem : Quod si

necessitas

necessitas remiserit, decretum hoc iri cassatum: Superintendentes, quod eorum planè nihil intersit, faciles erunt ad executionem, cum videant, Serenissimo Electori, Patriæ & Reipublicæ hác ratione bona præstari servitia: Turpitudini pastorum iri obviam: Lutheranæ Religioni consuli: parochianos ad liberalitatem commoveri, qui si viderint, Reipublicæ & in omnium comodum, nummos istos erogari, liberaliores erunt, ingensq; pecuniæ summa vel à Protonotario vel à Secretario Senatus Ecclesiastici Supremi, vel etiam ab alio, per Electorem constituto, sibiq; per juramentum obstricto, congregabitur, quâ Reipublicæ necessitati & Principis Sollicitudini consulatur.

Omnibus Lutheranis, imprimis vero Serenissimo Saxonie Electori, qui Defensor & Propugnatur Lutheranæ Religionis audit & pastorum Lutheranis maximè incumbit, cavere, ne adversariis detur occasio, Lutheranam Religionem calumniandi & vituperandi: Arripue re hactenus non solum Pontificij, verum etiam Calviniani occasionem ex peccatorum remissione, quasi Lutheranorum pastores

B 3

absor

absolutionem à peccatis pro nummis ven-  
 dant: Quod, sicuti neq; in iure divino, neq;  
 in iure naturali fundatum est, verum potius  
 ex auaritia pastorum introductum & deniq;  
 per consuetudinem ad posteritatem transve-  
 cтum, ut pastores post absolutionem pecuni-  
 am accipiant: Ita turpitudini huic pastorum  
 indeq; natis immanibus flagitiis, dirisq; cri-  
 minibus, quæ tamen nunc non recensebo,  
 non solum seculare sceptrum, verum etiam  
 Episcopale pedum, obviam ire debet: Post-  
 quam enim ipse Ego, Basilææ & Genevæ de-  
 gens cum Calvinianis & deinceps cum Pon-  
 tificiis Ferræ Piccardorum quamplurimas  
 hac de re cōferentias haberem, constitui, ma-  
 teriam hanc, de nummis pœnitentialibus, pu-  
 blicè proponendi : Namq; cum Luthera-  
 ni & pastores eorum tam fœdè proscindun-  
 tur, Religio quoq; ipsorum, ut ut pura puta  
 sit, maculatur, : Cui rei , cum

Se-

Serenissimus Saxoniæ Elector tam facile mēderi possit, in occasionem injurius fuerit, quod eam ultrò se offerentem, urgente necessitate & nummorum penuria, arripere decretauerit;

Potest enim propter jus territoriale & Episcopale Elector Saxoniæ Serenissimus omnes sibi subditos pastores prohibere, atq; iubere, ut à nummis pœnitentialibus prorsus abstineant, ut non accipiant, licet pastoribus offerantur, ne Lutheranis imputetur, quod absolutionem à peccatis pro nummis emanet. Verum, cum liberalitas virtus primaria & in plebe rara sit, parochiani in liberalitatis exercitio laudabili maneant, pastores quoq; eosdem nummos accipiant, verum in ærarium commune conferant, nec cum turpitudine apud pastores retineantur. Ita fiet, ut liberalitas parochianorum magis magisq; clucescat, pastores autem ab avaricia

in

in inculpatione immunes erunt, simulq; vindicati à crimine Simoniae : Sicuti, cum Senatus Lipsensis in singulas carnis libras nummum postularet, Saxoniæ Elector Serenissimus eorum petitioni clementissimè annuit, ita tamen, ut nummi ex singulis carnis libris in commune ærarium conferantur, quos dein, cœps ipse Elector in Reipublicæ utilitatem impedit: Et cum studiosi Lipsenses pedetentim nummos colligerent : Rector & Consilium Academiæ Lipsensis nummos collectos non rediderunt conferentibus, verum penesse deponi curarunt : Ita Elector Saxoniæ Serenissimus liberalitatem parochianorum probare atq; concedere potest, ut nummi à pastoribus, uti hactenus, recipiantur, verum, ne pastores Simoniae aut avaritiæ accusentur, indeq; Religio Lutherana vituperetur, quasi Lutherani peccatorum remissionem pro nummis emant, secus, & si pecunia non daretur, absolutionem non impetrari, omni jure & æquitate demadare valet, ut nummi isti ex purâ liberalitate dati, in ærarium commune conferantur, & in publicum

publicum bonum erogentur: Elector namq;  
Saxonie Serenissimus, quatenus secularis prin-  
ceps est, pro statu suo seculari, à secularibus, nobi-  
libus & plebejis ad feuda & ad Scokas computa-  
tione factâ, expensas postulat: Cum autem  
Elector Saxoniæ Episcopus quoq; Misnensis,  
Martisburgensis & Zicensis simul sit: Ab  
Ecclesiasticis & in quos jus Episcopale habet,  
& exercet, contribuendum est, quod ad statum  
Episcopi conservandum requiritur: Rö-  
manus Pontifex, ut & Gallorum Rex Chri-  
stianissimus, Religiosos compellunt, ut mili-  
tes conscribant, & alant: Parlamen-  
tum Anglicum Ecclesiasticis redditibus par-  
tem detrahit, & in Consiliariorum Reipu-  
blicæ salarium recte impendit: Quid-  
ni Serenissimo Saxoniæ Electori, domino nostro  
clementissimo, idem liceat, tanquam Episcopo  
summo, qui non minori jure, quam Pontifex,  
quam Gallorum Rex, aut aliis, quisquis ille  
fuerit, Monarcha, aut etiam Respublica Angli-  
ca, in suo territorio & in suos pastores gaudet:  
Omni itaq; jure æq; ut Pontifex aut Gallus  
pastores

C

13

pastores ad strīngere potest, ut pro rata & cūjus-  
cunq; salario conferant, quod pro Statu Episco-  
pi necesse est: Deinde: Libertas Religionis  
Lutheranæ, quibuscum magis conductit, quam  
pastoribus? Hi enim, propter libertatem reli-  
gionis non tantum æternis bonis, verum etiam  
secularibus & temporalibus simul fruuntur:  
Seculares vero, uno illo priori, æterno nim-  
ium, contenti sunt: Quod igitur pastoribus  
magis conductit, ad id etiam obtinendum &  
conservandum pastores plus congerant: Ta-  
ctabo de pace, cuius beneficio pastoribus atq;  
atq; secularibus bene est, ad eam igitur obti-  
nendam pastores non minus, quam seculares  
contribuant: Non tamen animus mihi est,  
Serenissimo Saxonie Electori, domino nostro  
clementissimo, persuadere, ut pastoribus one-  
ra, sicuti secularibus, ordinaria, imponat, sala-  
rium ipsorum minuendo aut alio quocunq;  
modo taxando: Verum id tantum in-  
tendo, ut Religioni atq; Publicæ Necessitati  
consulat: Omnes juvando: Neminem tamen  
lædendo: Potest enim Elector Saxonie Pastores  
iure prohibere, ut à nummis pœnitentialibus  
abstineant.

abstineant penitus , n̄c illos, quamvis dentur,  
 accipiant, & ita pastoribus non sit Injuria, neq;  
 ipsis aliquid detrahitur : Ita etiam Elector  
 Saxoniz Serenissimus permettere potest, ut pa-  
 stores nummos istos accipiant, atq; jubere , ut  
 quos acceperunt, in xzarium commune confe-  
 gant, quā ratione neq; pastores neq; parochia-  
 ni lzduntur : Non parochiani : Quia ultro  
 & ex liberalitate dant: Non pastores: Quia ipso-  
 rum non sunt : Imo pastoribus maximo est  
 commodo, nummos istos in xzarium conferri,  
 qui ab impositione avaritiaz & Simoniz vindi-  
 cantur: Deinde: Summa xquitas est, ut, quod ab  
 omnibus parochianis congeritur, ad omnium  
 quoq; commodum impendatur : Paro-  
 chiani autem omnes & singuli pro lubitu con-  
 gerunt : Neq; enim pastores quicquam  
 pro se & suo numero afferre possunt : Sacer  
 Codex silet de hârc : jus quoq; naturale per  
 omnia tacet: Quin potius in Novo Testamento  
 pastores prohibentur nummos pænitentias  
 Ies accipere , dum iubentur gratis imperti-  
 xi, quae gratis accipereunt : Jus vero  
 auctoritatis quoq; auctoritatem habendi oportet  
 committit

C 2

naturale,

naturale, licet remunerationem concedat, attamen, quia inter absolutionem à peccatis, tanquam rem spiritualem & nummum, nulla planè comparatio est instituenda, ideo remuneratione non nisi in pertinenter admodum & incongruè vocari potest. Addo: Quod nomen fœdum satis & improbum sint sortiti: Beichtpfense: Et hinc invaluit mos, ut confessori, non nisi cum nummis paratis ad confessionarium accedant: Imò, dicam, quod non nisi cum nummis paratis ad ipsam confessionem accedant, ex quorum penuriâ, cum parochiani Confessionis & sacrae synaxeos usum non raro differeant, imò planè intermittent, nullam video rationem, quæ pro nummis pœnitentialibus militet, cum primis, quod pastor pastori nihil det & per abusum à laicis tanquam debitum exigatur & in salatij partem trahantur, ut neq; immineat, nedum abrogare, patiantur pastores: Accedit: Quod pius ille vir, dominus Doctor Andreas Kesslerus in Casibus Conscientiae capite septimo, quod tamen, nescio quare, à typographo omissum est, cum tamen in originali scripto, quod in manibus meis est, reperiam,

nummos.

21

nummos pœnitentiales, ipse Theologus, execratur, quod varias in Ecclesiā invehant exorbitantias: Quapropter: Electorali authoritate opus est, quæ adiaphoron illud scandalosum maximè & donationes illas turpes, contemptas, impertinentes & ex parte pastorum viciosas, in ærarium Epilcopi congregari jubeat, ut per bonum finem & usum à vicio purgentur: Dantur enim pastoribus in considerationem absoluttonis, quæ causa, licet mala per se non sit, fit tamen mala, propter scandalum, dum putant, quod pro absolutione dentur, uti nomen ipsum, Beichipfenge expresse indicat: Deinde, quod propter nummos, pastores ipsi non raro invidiā & inimicitias inter se metipsos contrahant: & deniq; : quod confessuri in nummum magis, quam in pœnitentiam cogitent: Non urgebo, quod ex liberalitate Laici debitū contrahant, ipsi vero pastores se invicem non deciment: Aelicit res donata ejus sit, cui donatur: Attamen: Cum viciosæ donationes revocandæ sint, ita nec ejus fiunt, cui donantur, verum ab eo, qui accipit, revocandæ sunt, ne cum vicio penes improbum donatarium maneant:

C 3

Sic



Sic, postquam decretum est promulgatum,  
ne nummi pœnitentiales a pastoribus accipi-  
antur, aut quidem accipientur, conferantur  
tamē in commune ærarium Episcopi, procul  
jām ab omni dubio est, quod pastorum non,  
sed Reipublicæ aut Episcopi sint, quibus Rei-  
publicæ Necessitati & Episcopi Statui consa-  
li possit: Necessitas enim omnium legum &  
rerum magistra est, de quā, quod subditos  
maximè premit, nemo dubitat, qui ali-  
quantisper in Saxonis regionibus est ver-  
fatus : Agricultura quidem frumento-  
rum suppeditat, verum, quia hoc propter  
negotiationem Mari & Albi clausam, tam  
vile est & abjectum, ut minimo licet pretio,  
vendi vix possit, hinc sit, ut pecunia nume-  
rata & moneta ubiq; desit : Maxi-  
ma namq; subditorum pars, quæ ex nobili-  
bus & plebejis constat, ex agriculturâ vivit,  
indeq; maxima subditorum pars pecuniæ  
penu-

penuria laborat, quæ prout rerum suarum  
 ad feuda & ad Scokas satagit, ulterius pre-  
 menda non est, attento, quod ingentem pe-  
 cutiæ summam ad legationes, ad pacem re-  
 dimendam, ad dimitendos exercitus & ad  
 alia quam plurima, colegerunt, quibus  
 nummis misera nostra Saxonia exhausta est.  
 Itaq; ad alterum genus subditorum, ad Ec-  
 clesiasticos nempe, urgente necessitate præ-  
 senti & numerorum penuria, jure meri-  
 toq; configit Flecto Serenissimus atq; ab  
 his repetit, quod sine virtute apud eos esse non  
 potest, inq; melioreni usum, pro Republicâ  
 & Episcopi statu, convertit. Per Dei namq;  
 gratiam, quâ regiones hasce clementissime  
 intuetur singulare, inclita Saxoniæ Familia,  
 adeò accrevit, ut de principe legitimo & bo-  
 no, certi semper simus. Bona vero culinaria,  
 quæ victualia suggerunt, per superius bellum  
 adeo deteriorata sunt, ut quantum sufficit

non

non possint : Nunc autem, è re nostra  
 & Republicè bono, magis videtur esse, ut Se-  
 renissimus Elector Saxoniæ plura præter ne-  
 cessitatem impendat , omnibusq; Imperii  
 Principibus & Electoribus emineat, qui pri-  
 mus & caput inter Lutheranos est, quam ut  
 parcè vicat, in iis rebus, quæ pro reputatione  
 sunt : Cumq; duplarem personam, Secula-  
 rem nempè & Ecclesiasticam simul gerat,  
 duplicitus quoq; abundet divitiis : Legatos  
 in Comitiis Ratisbonensibus pompose & li-  
 beraliter alat , neq; patiatur eos tenui esse  
 contentos sumtu: Magis enim prodest, de-  
 cem aut viginti millia thalerorum in prom-  
 tu paratos habere. Quā ut unus Imperialis  
 deficiat : Semper enim & ubiq; Electoris  
 authoritas consideretur , quæ ad regiones  
 suas redundat : Pecunia itaq; legatis abun-  
 danter mittatur , qui propter parsimoniam  
 & continentiam cœlestres secundi iterum rap-  
 por-

portabunt, quā hīs non fuit opus : Congerant  
igitur seculares, congerant Ecclesiastici, conge-  
rant omnes pro statu & réputatione Principis &  
Episcopi : Nihil enim tamquam est & ju-  
stum, quam ut omnes illi sumtus ministrent, in  
quorum commodum & emolumentū negoti-  
gium geritur : Sacis est, quod Elector noster Sere-  
nissimus labores perferat, pericula adeat, invi-  
diam suscipiat : Neque etiam rationes de pecu-  
niā collatā reddere tenetur, promissionis, quae  
juramenti loco est, non immemor & quam reli-  
giose illam ad hoc usque tempus servaverit, palam,  
& omnibus notum est : Dixi de jure, quod Elec-  
tor noster in suos subditos habet, ita in Secu-  
lares, quam in Ecclesiasticos, & quod tanquam  
princeps : Seculares, tanquam Episcopus ve-  
ro, Ecclesiasticos ad collectas compellere  
possit : Cum autem jure suo in Ecclesi-  
asticos uti nolit, neque eos ad collectas ordinarias  
trahere velit, ut in iuriū de suis & propriis  
bonis conferant, ille jure & merito perso-  
næ jus & fas imperare valet, ut pasto-  
res congerant, quod à parachianis accipiunt,

MOLYNEUX

D

nomen

**nomen** **Der Beichtpfenige in Freywillige Pfense  
Committendo** **Concedence id iure divino,  
naturali, civili, Recesibus imperij, transactione  
Passavensi, Religiosa pacificatione, Osnaburgensis in au-  
tobichte id necessitate Reipub-  
blicæ, Rationali Status, peccati nummorum,  
paupertate secularium. Et deniq; Svadente id  
omnium ex plausu, & summa aequitate: Nihil  
enim magis aequum est, quam ut in omnium  
suum & a modum omnium parochianos  
item convertatur, quod ab omnibus parochianis  
colligitur, & quidem ex metà Liberalitate, ne  
cuiquam scilioet injuria fiat:**

**Ceterum: Ne quis Electorem nostrum Ser-  
vissimum retineat, dissuadendo, ne pastores in  
perceptione nummorum penitentialium tur-  
berentur: Cum Electore haud sit dignum, qui  
stum facere ex penitentiâ, aut num mulos istos  
a pastoribus detrahere: Pontifici Romano,  
alijsq; Principibus præberit causam ridendi:  
Pastoribus conquerendi: Quod non sinat ab  
altari vivere, qui ei serviunt: Pastoribus num-  
mos donari: Eos esse in possessione percipiendi,**

namon  
ROMA

Novitates

27.

Novitates esse odiosas: Et si quæ forsitan plus  
et subtilitas humana confingere potest: Si  
enim iij didicrunt, supremam legem esse Salu-  
tēm Populi & rem nullam sine nervis posse geri,  
aliter senserint, neq; commodum proprium &  
privatum, in quod animum intendunt suum,  
eam turpiter proderent: Non enim Elector  
Quæstum facit ex pœnitentiâ, utrum, quem pa-  
stores ex abolitione hactenus turpiter retinue-  
runt, & qui cum turpitudine & vicio hactenus  
penes pastores fuit, honore ipsorum salvo,  
salvo quoq; ipsorum salario, saluis quoq; ipsor-  
um bonis & redditibus, cum turpitudine, avari-  
cia & vicio & simonia criminis, abiisaverit, & in  
commodum publicum cum laude derivat:  
Neq; in percepcione curbantur pastores: Num-  
mos namq; uti ante, il recipiunt, utrum eos in  
ætarium conferunt: Nummi pœnitentiales  
non sunt amplius: Turpe hoc nomen est abolis-  
tum: Nummi pœnitentiales desierunt esse: Li-  
berales vero in ætarium congeruntur: Rideat,  
imorum pat Pontifex, ipse nobis monstravit,  
quam ambulamus viam: Alii suaderet, quod ipse

D 2

non

non facit. Principes vero nos brevi sunt secuti  
 turi, exemplo suo quoque probabunt, tam et  
 quum, probum & iustum collectandi modum.  
 Querantur pastores, querantur, quod turpe lu-  
 crum ipsis detrahitur, potius est, ut pauci que-  
 rantur & omnibus bene sit, quam ut omnes ejus-  
 lent, & omnes habeant male: Ultro facere  
 debent, ad quod nunc compelluntur, neque tur-  
 pis ille ex absolutione quae stus ad altare pertinet,  
 beatus Kesslerus ipse eundem est execratus: Ne-  
 mo quam pontificis plura habet altaria, de num-  
 mis autem hisce turpibus noverunt nihil: Nemo  
 quam pontificis per confessionem auricularem  
 confitentes magis excruciant, nummo tamen  
 pœnitentiales apud eos penitus exulantur: Gra-  
 tis dandum est, quod gratis acceperunt, spirituali-  
 le, cum refocci, & nihili, qualis nummus est,  
 non venit comparandū: Neque donum est, quod  
 ad consequentiam detrahitur, pro quo pastores  
 iam acriter pugnant, quasi ipsis deberetur ex ne-  
 cessitate: Possessio sine titulo est & in hullo  
 jure fundata, contra bonos mores & scandalum ple-  
 na est, ut istud prius ille Kesslerus deduxit: Quod  
 autem vitiosum, detrimentosum & scandalo-  
 sum est,

sum est, ē medio tollendum, eradicandum &  
 evellendum venit: Sicuti flores, qui quidem be-  
 ne & gratiōsē spirant, venenati tamen sunt: Rei  
 publicae interest, ut præsente occasione & neceſ-  
 sitate, cum penuriā nummorum & paupertate  
 Secularium, pastores nummos liberales in ærari-  
 um conferant, donec jus suum in petitorio de-  
 duxerint & necessitas instans, à finibus Seculari-  
 um recesserit: Neq; pastores habent, quod  
 querantur: Præter nummos enim pœnitenti-  
 ales, plures alios retinent, veluti nummos ex ba-  
 ptismo ex funeribus, copulationibus, precationis-  
 bus, & gratiarum actionibus: Verum hæc omnia  
 simul sumta, tam scandalosa non sunt, quam  
 nummus pœnitentialis unicus: Quod ad novi-  
 tatem attinet, cum ex malis moribus bona &  
 salutares leges oriuntur, qui nummi hactenus  
 male accepti & male expensi sunt, jam bene col-  
 liguntur & in bonos est meliores usus conver-  
 tuntur: Tandem: Non erit necesse, legum pro-  
 mulgatum reddere rationes, cum legislatores  
 ita privilegiati sint, ut licet relevantes habeant,  
 non tamen teneantur reddere, rationes:  
 Quis enim omnium dubiis responderet?

D 3

Elector

Elector noster Serenissimus , qui in omnes  
 sibi subditos , illustres suos oculos intendit ,  
 quid è re omnium sit , melius & perspicacius  
 videt , quiq; tanquam Princeps bonus & in-  
 clytus commune bonum , privato commodo  
 anteponet & id amplectetur , quod omnes ,  
 omnes , omnes , exoptant , expetunt & expe-  
 ctant . Audivisti auditores honoratissimi ,  
 quam necessarium sit Lutheranæ Religioni  
 nummos pœnitentiales abolere , quam be-  
 ne , Reipublicæ : ejus necessitati & statui Epi-  
 scopali consuli possit , quam facile deniq;  
 vitio huic obviam possitiri , & numimi isti  
 in meliorem usum converti : Nimirum : Si  
 Elector Saxonie Serenissimus , Dominus  
 Johannes Georgius , Dominus noster Cle-  
 mentissimus , per Senatum Ecclesiasticum  
 edicto generali jubeat , ut nomen pœniten-  
 tialium nummorum in aliud commutetur ,  
 qui hactenus Beichtipfenge vocatis sunt , de-  
 hinc Freywillige Pfenge vocentur : Hi  
 nun-

33

summi , propter summam necessitatem  
& hominorum penuriam , post publica-  
tum decretum a Pastoribus , suis Superinten-  
dentibus fideliter numerentur , quos dein-  
ceps in æratium vel apud Protonotarium  
Summi Synædrii vel apud ejus Secretari-  
um , vel etiam apud alium , pro Serenissimi  
Electoris , tanquam Episcopi , beneplacito ,  
constitutum , congregent , annexâ hac clau-  
sula , ut pulsis necessitatibus , pastorum ite-  
rum , uti hactenus , sint futuri : Parochianos  
interim ad liberalitatem benignè commo-  
veant , neq; omittant , pro Ecclesiâ , pro Lu-  
theranâ Religione & Republicâ Saxoniciâ  
facere , quod pro se suisq; fäcerent : Et quod  
pastorum , in hoc negotio , opera , in aliis  
rebus sic compensanda : Audivistis quoq;  
auditores omnium ordinum honoratissimi ,  
quod studium in Rempublicam & in patri-  
am , cum necessitate proficinendis Acade-  
mia

mis



niæ privilegiis ad hoc exercitium me pro-  
traxerunt: Ad hanc verò materiam , quod  
non minorem dederit occasionem conven-  
tus nuperus Dresdæ,& Pietas in Lutheranam  
religionem, quam multifariæ cum Pontifi-  
ciis & Calvinianis de nummis pœnitentia-  
libus conferentiæ habitæ.

Rationes attuli pro abolendis pœniten-  
tialibus & conferendis in æratum liberali-  
bus nummis, paucas, quas per aliquot annos  
remissa sed non neglecta studia suppedita-  
runt:

Vulgare quoq; dicendi genus præ cæte-  
ris selegi, quia facillimè dicitur, percipitur,  
intelligitur.

Excusabitis me, quod aliis in Republi-  
câ melius versatus, melius dixisset: Promit-  
to meliora in futurum: hac vice quæso pau-  
cis hisce, & brevi hac oratione velitis esse  
contenti : In arduis licet bonus successus

im-

imprimis laudetur, conatus tamen & a suis non  
vituperandi, qui per se boni sunt : Bona  
consilia non raro infaustus sequitur exitus,  
necq; tamen propterea mala sunt, cum quædā  
non ita bona, sæpè tamen fortuna secundet :  
Firmus sum in vobis, in bonitate causæ & in  
libertate dicendi Academica: Exercitium hoc  
scholasticum est : Aulam sine venia non in-  
gredietur : In Scholis etiā de parergis pro-  
ponere non est prohibitum : Quod si præter  
hasce, quas adduxi, decidendi rationes, ali-  
quot habeatis insuper, prout plures plura vi-  
dent, conjungamus, quæsō, nostras copias &  
res erit facilis, expugnare animos eorum  
qui titubant & dubitant : Ita fiet, quod ab  
initio dixi : Omnes enim clamabunt, cla-  
mabunt omnes : Nummi pœnitentiales in  
strafium commune conferantur.

D I X I.

Kr. 1658. *Or*  
autobetreibung  
counis non levo in  
tunc esamque pto  
non ics posus, tunc  
Fimis lym in vno  
hipercate dicendi. Auctio  
tcholisticana est  
principals. In scolasticis  
bouete non est pto  
place, das sabbati,  
drot spes et iulipect, pto in pto  
dece, coquingas, pto  
tess erit fascia, exposita, subiecta  
dri cito pto dypicata, tunc  
ixibidixi. Omnes erit  
magnificentes: Numeri pto  
salutinem communem conseruantur

XII

100

35



